



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Theologia Moralis**

**Reiffenstuel, Anaklet**

**Monachii, 1699**

Censura Theologica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40206**

# CENSURA THEOLGICA.

**S**icutum *Moralis Theologiae Opus* R. P. Anacletus Reiffenstuel, nostræ Provinciæ Ex-Difinitore, Lector Iubilatus, & Sacrorum Canonum Actualis Ordinarius, ita Catholicæ Fidei ac bonis moribus conformavit, ita solidis ac fundamentalibus doctrinis stabilitavit, ita notabilibus atque utilibus distinctionibus illustravit, ita præclaris quæstionibus, chategoricis conclusionibus, ac prolixis compendijs integravit, ut Numero & Muneri eximij Theologiac Canonistæ simul satisfecisse videatur. Ita censeo, ex mandato Superiorum, Frisingæ, die 3. Februarij. Anno 1692.

F. FORTUNATUS HUEBER,  
Totius Ord. S. Francisci & Provinciæ Bavariae  
Pater, Lector & Concionator Generalis, p. i.  
Guardianus Loci.

**T**heologiam Moralem *Universam*, brevi, simûlque clarâ methodo comprehensam, atque juxta SS. Canones, & novissima Decreta Summorum Pontificum, diversas Propositiones damnantium, ac probatissimos Authores, succinctè resolventem omnes Materias Morales, à R. P. Anacleto Reiffenstuel, Ord. Min. S. Francisci Reform. Alma Provincia Bavariae S. Antonij de Padua Ex Difinitore, Lectore Iubilato, & SS. Canonum Actuali, industriose, solidèque congregatam & elaboratam, ex mandato Superiorum solerter revidi, revidendoque deprehendi, id omne, quod ab Auctore promittitur in titulo, exactè servari in progressu, videlicet doctrinæ brevitatem, claritatem, cum S. Canonum allegatione, & circumspectâ ad novissima Decreta Pontificum attentione. Quare cum hæc Theologia Moralis non tantum nihil Orthodoxæ Fidei aut bonis moribus contrarium, sed plurima Republicæ Litterariorum proficia, Curatorib[us]que animarum necessaria contineat, illam vel ob ipsos etiam frequentissimos textus iuris (quorum peritia Authorem summè commendat) juris publici ut fuit, dignissimam censeo. Dabam in Conventu S. P. Francisci Stigmatizati, Frisingæ. Anno 1692. 3. Februarij.

F. FLORIDUS MOSMILLER,  
Ord. Min. S. Francisci Reform. Provin-  
cias Bavariae SS. Theologiae Lector.

AE-